



T56945

doc.6 AGA 00123
A-377(6)

DIE XXVIII APRILIS.
IN FESTO

S. PAULI A CRUCE CONFES.
DUPLEX.

*Omnia de Communi
Conf. non Pont. præter
seq.*

*In Hymno, Iste Con-
féssor, mutatur tertius ver-
sus.*

ORATIO.

Dómine Jesu Christe, qui ad mystérium Crucis prædicandum, sanctum Paulum singulári charitáte donásti, et per eum novam in Ecclésia familiam floréscere voluisti: ipsius nobis intercessióne concéde: ut passiōnem tuam júgiter recoléntes in terris, ejúsdem fructum cónsequi mereámur in cœlis. Qui vivis et regnas...

*In I. Noct. Lectiones
de Scriptura occ. In Fe-
ria II. Rogation. vel in
Vigil. Ascens. Beatus vir...*

IN II. NOCTURNO.

Lectio iv.

Paulus à Cruce Uvádæ in Ligúriâ natus, sed è Castellátio prope Alexandriam nóbili génere oriündus, quā futúrus esset sanctitáte clarus, innótuit mi-
ro splendore, qui noctu im-
plévit parientis matris cu-
bículum, et insigni augú-
stæ cœli Reginæ benefi-
cio, quæ puerum in flu-
men delápsum à certo nau-
frágio illæsum erípuit. A
primo ratiōnis usu Jesu


0123


SE

CODEX
OFFICI

DIEVINI

AFA-00123





DIE XXVIII APRILIS.

IN FESTO

S. PAULI A CRUCE CONFES.

DUPLEX.

*Omnia de Communi
Conf. non Pont. præter
seq.*

*In Hymno, Iste Con-
fessor, mutatur tertius ver-
sus.*

ORATIO.

Dómine Jesu Christe, qui ad mystérium Crucis prædicandum, sanctum Paulum singulári charitáte donásti, et per eum novam in Ecclésia familiam floréscere voluisti: ipsius nobis intercessióne concéde: ut passiōnem tuam júgiter recoléntes in terris, ejúsdem fructum cónsequi mereámur in cœlis. Qui vivis et regnas...

*In I. Noct. Lectiones
de Scriptura occ. In Fe-
ria II. Rogation. vel in
Vigil. Ascens. Beatus vir...*

IN II. NOCTURNO.

Lectio iv.

Paulus à Cruce Uvádæ in Ligúria natus, sed è Castellátio prope Alexandriam nóbili génere oriündus, quæ futurus esset sanctitate clarus, innótuit míro splendore, qui noctu implévit pariéntis matris cubículum, et insigni augústæ celi Reginæ beneficio, quæ puerum in flu- men delápsum à certo naufrágio illæsum erípuit. A primo ratiōnis usu Jesu

Christi crucifixi amore flagrans, ejus contemplationi prolixius vacare cepit, et carnem innocentissimam vigiliis, flagellis, ieiuniis, potu in sexta feria ex aceto cum felle mixto, ac durâ quavis castigatione contérere. Martyrii desiderio incensus, exercitui se adjunxit, qui Venetiis ad bellum Turcis inferendum comparabatur; cognita verò inter orandum Dei voluntate, arma ultro reddidit, praestantiori militiae operam datum, quae Ecclesiæ praesidio esse, aeternamque hominum salutem procurare totis viribus niteretur. Reversus in patriam, honestissimis nuptiis, sibiique delata patrii haereditate, recusatis, arctorem intrare semitam, ac rudi tunica à suo Episcopo indui voluit. Tum ejus jussu, ob eminentem virtutem sanctimoniam, et rerum divinarum scientiam, nondum clericus Dominicum agrum maximo cum

animarum fructu divini verbi prædicione excusat.

R. Honustum fecit.

Lectio v.

Romam profectus, theologicis disciplinis ritè imbutus, à Summo Pontifice Benedicto Decimotertio ex obedientia sacerdotio auctus est. Facta sibi ab eodem potestate aggregandi socios, in solitudinem recessit Argentarii montis, quo eum beata Virgo jam pridem invitaverat, veste illi simul ostensa atri coloris, Passionis Filii sui insignibus decorata, ibique fundamenta jecit novæ congregationis. Quæ brevi, plurimis ab eo toleratis laboribus, præclaris aucta viris, cum Dei benedictione valde succrevit; à Sede Apostolica non semel confirmata una cum Régulis, quas orando ipse à Deo accéperat, et quarto addito voto perigratam

Domínicae Passionis memóriam promovéndi. Saceras Vírgenes quoque instítuit, quæ excéssum charitatis divini sponsi sedulò meditaréntur. Hæc inter, animarum inexháusta aviditate ab Evangélii prædicatiōne numquam deficiens, hómines penè in números, etiam perditissimos, aut in hæresim lapsos, in salutis trámitem addúxit. Præsértim Christi enarránda Passióne, mirifica ejus oratiōnis vis erat, qua unà cum adstántibus in fletum effúsus quælibet obdurâta corda ad pœnitentiam scindébat.

R). Amávit eum.

Lectio vi.


Tanta in ejus péctore alebatur divinæ charitatis flamma, ut indúsium quod erat cordi própius, sæpè véluti igne adústum, et binæ cóstulæ elátæ apparuérint. Sacrum præsértim fáciens non póterat à lacrymis temperare: fre-

quénti quóque éxtasi, cum mira intérsum corporis elevatiōne, frui, vultuque superna luce radiante conspiciebatur. Quandóque dum concionaréatur, cœlestis vox verba ei suggeréntis audita fuit, aut sermo ejus ad plura millia pássuum intónuit. Propheetiæ et linguarum dono, córdium scrutatiōne, potestate in dæmones, in morbos, in eleménta eníuit. Cùmque ipsis Summis Pontificibus carus ac venerandus esset, servum inútilem, peccatórem nequissimum, à dæmoniis quoque conculcandum se jugicabat. Tandem, aspérri mi vitæ géneris ad longam usque senectûtem tenacissimus anno millésimo septingentésimo septuagésimo quinto, cùm præclara mórita, véluti sui spíritus transmissa hæreditate, alumnis tradidisset, Ecclésiæ sacraméntis, ac cœlesti visiōne recreatus, Romæ qua prædixerat die migravít in cœlum. Eum

Pius Nonus Póntifex Máximus in Beatōrum, novísque deinde fulgéntem signis in Sanctōrum númerum rétulit.

R. Iste homo.

*In III. Noct. Homilia
S. Gregorii Papæ in Evang.
Designávit Dóminus, ut in
Communi Evang.
Lect. IX. S. Vitalis M.*



CÆSARAUGUSTÆ:

De Excmi. Archiepiscopi licentia

Typis Joseph Mariæ Magallon.

M D C C C L X I X .

